



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum


Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica VI. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)



DOMINICA VI. post PENTECOST.

THESIS I. *Ecce jam triduo sustinent me.* Marc. 8. v. 2. *Oratio triduana.* Tri-
duum, quo debemus sustinere, & expectare, ira intellige: I. Ut primus dies in *Humilitate*. II. Secundus dies in *Patientia*. III. Tertius dies in *Restiguatione* expendatur.

THESIS II. *Ecce jam triduo sustinent me.* Marc. 8. v. 2. *Concio longa.* Olori longiorum Concionum causa, & culpa, famis & defectionis virium populi per triduum extensa Cleri concio videri posset, verum falsò: Nam præstat habere longiores Conciones ex triplici capite, ac ratione. Nam I. *Honestum* hoc est, quia de Deo nunquam satis, & semper loquendum. II. *Utile* est, quis enim brevi statim sermone emolliat obstinati Peccatoris pectus, ad deponendam malam consuetudinem, dandam veniam inimicis, Restitutionem &c.
L 5 Quis

Quis hoc brevi allocutione persuadent
 III. *Delectabile est*: interrogentur verbi
 Dei amatores, cui enim verbum Dei
 seu Manna non sapit, corruptum se ha-
 bere stomachum ostendit. Neque in-
 feras, ergo Concio per totam diem ex-
 tendenda: hoc non sequitur, bene au-
 tem conficitur: ergo Verbum Dei non
 est abbreviandum.

*Providen-
 tia.*

THESIS III. *Nec habent, quod man-
 ducent.* Marc. 8. v. 2. De Dei Pro-
 videntia I. Non est Dubitandum. II.
 Non est Murmurandum. III. Non est
 Diffidendum. *La Selve. Ann. Apostol.*
tom. 3. fol. 411.

*Mensa tri-
 plex.*

THESIS IV. *Facite illos discum-
 bere.* Luc. 9. v. 14. Est triplex
 Mensa, I. Mensa *Naturæ*. II. Men-
 sa *Scripturæ*. III. Mensa *Eucharisticæ*.
 Hugo Card. super Ecclesiastic. c. 31.
 Primum patet per verba Matth. 4. *Tunc
 esurii: alterum per verba: Non in solo
 pane vivit homo, sed in omni verbo: tertium
 Qui manducat hunc panem, vivet in æter-
 num.*

Gula.

THESIS V. *Saturati sunt.*
 Marc. 8. v. 8. Excessus gulæ sunt: *Ad*

Ante tempus comedere. II. Cibos
lautiores quærere. III. Ciborum exa-
ctiorem præparationem requirere. IV.
In Quantitate excedere. V. Nimio
Desiderio in cibos ferri. *Matth. Faber.*
hic Conc. 2.

THESIS VI. *Saturati sunt.* *Commessa-*
tio.
Marc. 8. v. 8. Commestationes da-
mnandæ. I. Si Rationi nocent. II.
Si Sanitatem insigniter lædunt. III.
Si Familiam depauperant. Fullonius
Exkurs. 3. Moral. ad c. 1. Machab. *At-*
tendite, ne corda vestra graventur crapula.
Luc. 21. *Intelligis, disertè à Christo*
dici corda, non cor, quia non cor unum
sed corda gravat ebrietas; cor faculta-
tum, cor vitæ, cor animi, cor Reipu-
blicæ brutâ & crassâ intemperantiâ op-
primuntur. *Fullon. loc. cit.*

THESIS VII. *Jam triduo susti-* *Tempe-*
nent. Marc. 8. v. 2. *Qui parùm co-* *rantia*
medit, I. Vivit sanè. II. Vivit san-
ctè. Abstinencia enim destruit mor-
bos, qui sunt vitia corporis; & destruit
vitia, quæ sunt morbi animi.

THESIS VIII. *Manducaverunt, &* *Providen-*
saturati sunt. Marc. 8. v. 8. *I. Non* *ria Dei.*
est

est *Locus*, in quo Divina Providentia necessitatibus nostris non prospiciat; vel in ipso Deserto. II. Non est *Necessitas*, ex qua Divina Providentia non eruat; velex ipsa tridua fame. III. Non est *Homo*, qui dubitet, quin Divina Providentia ipsum nutriat, etiam si sint eorum quatuor millia. *Durand. Doct. Theol.*

THESIS IX. *Misereor super turbam.* Marc. 8. v. 2. Christus corde ore, & manu se pauperibus benignum exhibet, & Miseris propitium: Nam I. *Corde tangitur*: *Misereor super turbam.* II. *Ore plangit eorum indigentiam*: *Ecce jam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent.* III. *Aperit manum suam ad subveniendum*: *Accipiens septem panes dabit discipulis suis.* Per quæ omnia damnat quorumdam hominum duriciem, qui neque animam tanguntur aliorum miseriis, imò insultant verbis, & neque manum levant, ut eis succurrant. *Id.*

Panis triplex.

THESIS X. *Quot habetis panes.* Matth. 15. v. 34. ? *Panis Propitiatio* nis sive Salutis triplex est; I. *Panis*

gelorum, id est Eucharistia, de quo dictum est, Panem Angelorum manducabit homo. II. *Panis Filiorum*, id est verbum Doctrinae, de quo dictum est, non est bonum sumere Panem Filiorum, & dare canibus. III. *Panis Amicorum*, id est Exemplum vitæ, de quo dicitur: Amice commoda mihi tres panes. Propter hunc triplicem panem dictum est ter Petro: Pasce oves meas, ac si diceret ei Dominus: Pasce *Eucharistia*; Pasce *Doctrina*; Pasce *bona vita*. Petr. Bless. serm. 44.



DOMINICA VII. post PENTECOST.

THESIS I. *Exscidetur*. Matth. 7. v. 19. I. Arbor non primo ictu cadit. II. Arbor subinde primo ictu ruit. Prius de Conversione Peccatoris, posterius de Supplicio peccati tener.

THESIS II. *Attendite à falsis Prophetis*. Matth. 7. v. 15. Foramina, per quæ Hæresis in Germaniam irrepsit, fue-